

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

## CXVIII.

LITERÆ DISPENSATIONIS PRO RECTORE  
ECCLESIAE ACHERENSIS, DE RECIPIENDIS PLURIBUS  
BENEFICIIS.

A N N O M C C X L V.


*Ex registro anni III. literarum Innocentii PP. IV. tom. I. Ep. 228. Romæ.***I**nnoctius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Magistro Bertoldo Rectori Ecclesie de Acher Argentinensis Diecesis salutem, &amp; Apostolicam benedictionem.

Licet propter ambitiones quorundam, ne quis plures Ecclesias, vel Ecclesiasticas Dignitates habeat, Sacri Concilii constitutio interdicat, tue tamen probitatis meritis, super quibus tibi laudabile testimonium perhibetur, & consideratione dilecti filii nobilis viri HERMANNI & RAPULFI Marchionum de Baden supplicantium pro te Nobis inducti, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut preter Beneficia Ecclesiastica, quæ curam animarum habentia nunc obtines, liceat tibi, constitutione non obstante predicta, unicum Beneficium vel Personatum, seu Dignitatem, etiam si similem curam habeat, si tibi canonice offeratur, recipere, ac una cum obtentis libere retinere. Proviso quod eadem Beneficia debitis non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eis nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere. vel ei ausu temerario contraire. Si

quis autem hoc attemptare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incurfurum.

Datum Lugduni VII. Kalendas Novembris Pontificatus Nostri Anno Tertio.



CXIX.

CONRADI V. EPISCOPI SPIRENSIS LAUDUM IN-  
TER HERMANNUM VI. MARCHIONEM BADENSEM  
ET MONASTERIUM OMNIUM SANCTORUM  
IN NIGRA SILVA.

A N N O M C C X L V I.

*Ex tabulario nobilium de Schauenberg.*

Cunradus Dei gratia Spirensis Episcopus & Bertholdus eadem gratia ejusdem Ecclesie prepositus vniverfis presens scriptum intuentibus notitiam subscriptorum que geruntur in tempore ne labantur cum tempore bene literarum apicibus testimonio & figillis solent roborari. Noverit igitur presens etas & futura posteritas, quod cum causa que vertebatur

D d 2